

num. 1. Sed cur infinita Dei sapientia disponit, quod quando Populus exit de Aegypto ad Terram promissionis, tantus plandus pro interemptis abundet in univërfa terra, tot mortuorum cadavera ante oculos obijciantur? Optimè sanè, solà enim memoria mortis ante conspectum apposità potest egredi à captivitate Pharaonis, & haberi transitus ad cœlestem Jerusalem; ad æternam quippe beatitudinem memoria mortis maxime disponitur homo. Albert. Magnus serm. 74. Qui se credunt quodidie mortuos, cerè tales dignos se efficiunt, ut ad Christi nuptias introire mereantur, quicumque enim mortis sua efficaciter recordamur, student esse patientes, continentes, & obedièntes.

Mortis recordatione transitur ad cælum.

Albert. Mag.

77.

Magnum omnium rerum temporalium contemptum parit mors ante oculos visa. Et ab ipso egressu filiorum Israël ne discedamus, Interfectis primogenitis Aegyptiorum, urgebant Aegyptij Populum de terra exire velociter, Exod. 11. n. 33. seu, ut habent Sepruaginta, cogebant. Pagninus, vim fecit Aegyptus. Et notandum, quod Dominus dedit gratiam filiis Israël coram Aegyptiis, ut eis accommodarent omnia bona. Hujusmodi bonorum spoliatio, aut facta est ante mortem. Primogenitorum, ut vult D. August. 9. 45. in Exod. aut post illam, ut sentit D. Chrysof. in Psa. 135. Sed quomodo Aegyptij urgebant exire homines à quibus videbant omnia sua asportari, & se expoliatos agnoscebant? Cur eos non detinent, ut prius accommodata restituant? Dicitur Num. 33. num. 3. Proficisci sunt de Ramesse filij Israël in manu excelsa, videntibus cunctis Aegyptiis, & sepelientibus primogenitos. Inspecta suorum filiorum morte, ita omnia bona temporalia viluerunt apud Aegyptios, ut minime reluctaverint, quod filij Israël, illis omnibus asportatis, exirent. Frequentissime mors temporalium contemptum ingerit. Ita ait D. Hieronym. in epist. ad Paulinum, Facile contemnit omnia qui se cogitat moriturum.

Exod. 11. Septuag. Pagnin.

August. Chrysof.

Num. 33. Mortis memoria parit rerum contemptum. Hieron.

Hieron.

Matth. 6. n. 2. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit.

Ibid. num. 3. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen, quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt.

VERSIONES.

Syriacus, Vatablus, Pagninus. Lucerna corporis est oculus. Si oculus tuus igitur fuerit simplex, Si oculus tuus fuerit malus.

ALTER TEXTUS.

Luce 11. n. 34. Idem habet.

EXPOSITIO.

UMPTA metaphora ab oculo corporeo, explicat Dominus suam admirabilem doctrinam. Nam si oculus corporeus fuerit simplex absque admixtione alicujus humoris, aut qualitatibus impedièntis visum, totum corpus erit lucidum, quia omnia corporalia officia erunt lucida, itaut ab ipso operante; corporalis oculi beneficio agnoscantur; videt enim talis quid agit, quod tendit, quid comedit, aut bibit. At si oculus est nequam, id est, malè affectus, vitiolo humore imbutus, totum corpus tuum tenebrosum, erit; quia cum careas illustratione, ac directione oculi, univërfa officia non clarè exerces; sed operaris, sicut existentes in tenebris, qui se non vident. Si ergo lumen, quod in te est, hoc est, si lux oculorum, quæ in te esse debebat, tenebræ sunt, commutata est in tenebras. Ipsa tenebra quantæ erunt. Quanta in te erit tenebrarum confusio, cum lumine careas. Et ita ait hic D. Hilarius. Quanta, necesse est, ipsarum in te tenebrarum tenebrarum. Per oculum autem parabolice intelligit intellectum, ut ait Chrysof. 21. A corporalibus illud addisce, Quod enim oculus corpori, hoc intellectus est anima. Sicut ergo oculus dirigit corpus; sic intellectus, secundum suum dictamen prædicatum, animum gubernat. Si ergo lumen intellectus fuerit in te tenebrosum, considera, quantæ tenebræ errorum, ac falsitatum in te erunt.

78.

Hilar.

Chrysof.

79.

Tria hic notanda sunt. Primò, quod oculus tuus, est lucerna corporis tui; ac proinde ipsum corpus dirigit, tamquam suum proprium, sciens, quod mala corporis, seu omnium tuarum actionum perniciem ejus reddunt. Et bene oculus Prælatum significat, qui subditos regat, tanquam patres sui ipsius, utque corpus suum. Secundò cum Abulensi; quod oculus dicitur lucerna corporis; quia oculus non solum videt ad utilitatem sui ipsius, sed & totius corporis; & ideo tenetur cavere, quæ noxia sunt corpori. Tertio nota cum Hugone, quod non dicuntur Oculi in plurali, sed in singulari oculus. Quia intellectus debet esse unus, & simplex in fide, & veritate; sine duplicitate; Nam ut ait hic D. Hieronymus. Lippientes solent lucernas videre numerosas: unum simplex oculus, & purus simpliciter intuetur, & pura. Et ita intellectus sit purus ad verum intelligendum, ut unum intelligat, ac loquatur.

Oculus dirigit corpus tanquam suum proprium.

Abulens.

Oculus videt ad suum corpus utilitatem.

Hugo intellectus sit purus & simplex ad verum.

Hieron.

QUÆSTIO XIV.

Quare Dominus post traditam doctrinam agit de puritate oculorum?

Uæ sunt in hac materia sententiæ celebres. Prima, per oculum interpretatur intentionem operis; secunda vero intellectum, ut latius explicabo quæstione sequenti. Ideo præsentis textus connexio in utraque sententia est enucleanda cum antecedentibus verbis: Ubi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.

80.

Prima

81. Prima sententia per oculum hic intelligit intentionem operis. Et rectè, postquam Dominus egit de operibus justitiæ, scilicet Eleemosynæ, Orationis, Jejunij, commendat rectitudinem intentionis, quæ debet esse ad unum, & ideo ponit exemplum in singulari: Sicut oculus tuus. Intentio igitur ne tendat partim in mundum, partim in Deum, sed tota feratur in Creatorem. Et ideo ipsa intentio, ut ait Albertus Magnus, dicitur si plex: Si oculus tuus fuerit simplex, quia non debet habere partes, ut secundum quid propter Deum sit, & secundum quid propter vanam gloriam, ac lucrum, ut ait Hugo. Et statim post data documenta virtutum, Dominus commendat intentionem, quia ab illa omnis operatio suam habet perfectionem, atque valorem, & sine bona intentione perfectum virtutum opus non datur.

Intentio operis una sit tota in summo Creatorem intendens.

Alb. Mag.

Hugo.

82. Secunda sententia, quam, ut probabilior, secutus sum, per oculum, intellectum interpretatur. Sed quid habet oculus, seu intellectus cum thesauro? Ut postquam Dominus tradiderit doctrinam de non thesaurizando in terra, statim ingerat remonem de puritate oculorum? Quia si oculus, sit à thesauris liber, purus, & lucidus est; si vero ad illos propensus, & inclinatus maxime ab illis obnubilatur, & obscuratur, ne videat. Theophylact. Hoc dicit, scilicet Dominus, quod si ad terrenum opum sollicitudinem, exieris, lucernam, obtenebris: tuam animam.

Intellectus terrenis thesauris totum hominem redit terrenum. & tenebrosum.

Theophyl.

83. Duos celebres iudices, gubernatores, ac Sacerdotes habuit Israël, Heli, & Samuelem. De Heli ait Scriptura, quod oculus ejus caligaverat, nec poterat videre, 1. Reg. 4. num. 2. De Samuele nil tale dicit Scriptura; immò ejus visus laudatur Eccl. 4. 6. num. 18. ibi dicitur de eo, Vidit Deum lucis. Uterque regni iudex senex; immò apud multorum computationem, Samuel proveciori ætate moritur. Cur ergo oculi Heli deficiunt, visus autem Samueli non caligat? Heli rerum temporalium appetitu tenebatur, ut tradunt Petr. Damian. Epist. 16. quæ dicitur, Liber gratius, cap. 18. & habetur in proprio tom. 1. Oculorum opuse, 6. Cæsarius Arelatensis homil. 15. Et ita ipse extitit lenis, & remissus in arguendis peccatis, & rapinis filiorum. At Samuel ab omni cupiditate, ac acceptatione munerum fuit alienus, ut ipse est coram omni populo testificatus, 1. Reg. 12. n. 1. Et ita dicitur de eo Eccl. 4. 6. num. 2. Pecunias, & usque ad calcem amem ab omni carne non accepit. Ubi terrenorum desiderium astubatur, tereno pulvere oculi obfuscati, & exæcati erant: At in animo, in quo temporalia vilescant, purus, clarus, & excellens visus erat.

83.

1. Reg. 3.

Damian.

Arelatensis.

Eccl. 4. 6. Temporalia mentem exæcant.

84. Pellimus Balaam advocat à Rego Balaac ad maledicendum Populum. Qui de se loquens, ait: Dixit Balaam filius Boer: dixit homo, cuius obturatus est oculus: dixit auditor sermonum Dei; qui visionem omnipotentis intuitus est, Num. 24. num. 3. Ubi duo fatetur Balaam, Primò, quod habeat oculum obturatum, seu obscuratum, ut habet Vatablus, seu oculos, ut ex Hebræo legit Lorus. Secundò, quod præciatas à Deo habuisset visiones ad denuntianda bona Israël. Valde contraria sunt ista, vendicare oculos obturatos, seu oculos; & potiri magnis visionibus. Quomodo hæc cohærent? ac quomodo stant? Multas solutiones circa præsentem diffi-

Propensio ad avaritiam, & pecunias obturant.

cultarem affert Lorus. Illa valde optima ad præsens institutum, quod quando Rex vocavit Balaam, dicitur: Perierunt seniores Moab, & majores natu Madian, habentes divinationis pretium in manibus, Num. 22. num. 7. Dum Propheeta ille, à terrenis exiens; mentem ad Deum elevabat, bonas visiones habebat. At verò prout cogitationes suas submittebat in munera, ac in promissa defigebat, obscurabantur oculi ejus. Rupertus in Num. cap. 21. Duo prædicta, cuius obturatus est oculus, & qui visionem omnipotentis intuitus est, contraria, vel repugnantia sibi videntur. Nunc autem planum intellectu sit, quia per prophetiam quidem scientiam audior sermonum Dei est, & visionem omnipotentis intuitus est, sed per avaritiam cor cacum habet, & in cupiditatem quidem cadit.

Num. 22.

Rupert.

QUÆSTIO XV.

Quid significetur hoc loco per oculum?

DVA graves sententiæ sunt in hac materia. Prima per oculum accipit intentionem. Ita D. Augustinus 1. b. 2. de serm. Dom. in monte. D. Gregorius Magnus lib. 28. Moral. cap. 4. D. Paschalius lib. 4. in Math. B. da Rupertus, Albertus Magnus Hugo, & alij. Nam intentio, veluti oculus, ac lucerna, regit, & gubernat actionem in finem. Et si ipsa intentio fuerit bona, & simplex, facit totum corpus lucidum, nempe omnem congeriem actionum reddit bonam, & integram. Si autem ipsa intentio fuerit mala, actiones etiam thunt malæ, atque iniquæ. Et quamvis Dominus in superioribus hic usque egerit de recta intentione in elemosyna, Oratione, ac Jejunio; iterum eam hic maxime commendat, ac inculcat, tanquam quid maxime necessarium; quia ab illa omnes nostræ actiones informantur, ut bonæ, vel malæ sint.

85. August. Gregor. Paschali. Beda. Rupert. Albert. Mag. Hugo.

Bona intentio totum opus nobilitat.

86.

Secunda sententia, & mihi probabilior, quam secutus sum in expositione, docet per oculum interpretandum esse intellectum. Ita D. Chrysof. 21. in In. 6. homil. 15. Euthymius, Theophylactus, D. Thomas, Cajetanus, Jansenius, Tolotus in cap. 11 Luc. annot. 79. Maldonatus, Beaulxames, Cornelius à Lapide, & alij. Et ita germana explicatio est: Si mens est sana, & pura, sine ullo errore, ac vitio, etiam exteriora opera sunt bona, & secundum rectum dictamen, ac legem Dei facta. Ita ait Chrysof. Sicut enim postquam corporali oculorum lumine extinctum est, pleræque membra suo usu, ac officio carent, lumine ipsi extincto; ita etiam mente cacata, innumeris prorsus malis vita nostra cumulat. Unde merito ait idem Chrysof. 18. in Genesim, quod vera intelligentia, virtus est schola. Origenes, ac Hugo per septem columnas, super quas ædificatur domus Sapientiæ, Proverb. 10. num. 1. accipiunt septem liberales scientias Intellectus, quibus ipse maxime perficitur, & expolitur. In hac autem sententia illud maxime notandum, quod post datam doctrinam de operibus, Justitiæ, scilicet Eleemosynæ, Orationis, & Jejunij, statim Dominus nobis maxime commendat puram, & simplicem Intellectus

Chrysof. Euthym. Theophyl. D. Thom. Cajetan. Jansenius. Tolot. Maldonatus. Beaulxam. Correl. Chrysof.

Vera intelligentia est schola virtutis. Prov. 10. Origen. Hugo.



cognitionem, quia hæc maxime conducit ad thesaurizandum in celo.

87. Probabilis secunda sententia. Hæc secunda sententia mihi est probabilior. Nam immediate antea dixerat Dominus: Ubi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Illud cor explicat modò, quod est intellectus, qui purius si fuerit nullo obfuscato errore, sed ut clarè intelligat, secundum rectum dictamen; totum corpus tuum, hoc est, ut explicat Albertus Magnus, S. Thomas, Cajetanus, omnis congeries tuarum actionum erit lucida, & bona. Si autem oculus mentis fuerit avaritia, ac cupiditate terrenorum obsecutus, totum corpus tuum erit tenebrosus, hoc est, omnes tuæ actiones erunt tenebrosæ, & sine luce divinæ legis. Pravo intellectus errore omnes actiones obfuscantur, ac deturpantur. Deinde, quia Dominus ab exordio capitis sermonem habuerat de intentione operis, & postea ab illis verbis: Nolite thesaurizare vobis thesauros; avaritiam excludit usque ad finem capitis, ut notat Franciscus Burg. Cornelius à Lapide. Et ita ait in sequentibus verbis: Non potestis servire Deo, & Mammona. Non videtur ergo hic congruè iterum interponere sermonem de intentione, siquidem de ea jam egerat, & aliam materiam erat exorsus.

Alb. Magn. D. Thom. Cajetan.

Franc. Burg. Coim. à Lap.

88. Glossa. D. Thom. Hugo. Fides lucerna nostra. D. Thom.

Prelatus lucerna populi.

Ecclesi. 10. 89. Oculorum modestia in animum transtulit. Salvia. Match. 5.

90. Oculorum modestia in animum transtulit.

1. Reg. 24.

practicum nostras actiones. Oculus verò tantum est potentia cognoscitiva, & naturalis, species visuales ab objecto accipiens. Quomodo ergo actus intellectus, qui ex suo munere habet dirigere, non obtinet suum cogitatum, & effectum; sed potius illum oculus præstat, ut Saul esset illæsus, cum tamen potentia visus illum in hoc haberet imperium? Tanta fuit modestia, ac submissio oculorum David erga Saullem, tanquam suum dominum, ac Regem, ut commodum animum circa occisionem tranquillaret, atque placaret, ne ipsum, tanquam hostem interficeret, sed potius ut Christum Domini veneraretur: illa enim oculorum pietas reverentiam in animum ingerebat. Carthofia. Carthof. nus. Oculo exteriori respexi te pie; & oculus meus interior, utpote ravis, reseravit iracundiam motum. Si oculus exterior pie videt, & oculus interior pie intelligit.

At si intemperantia est in oculis, facile secum animum rapit. Ait Dominus Moysi: Azyma comedetis septem diebus, non apparebit apud te aliquid fermentatum, Exod. 13. num. 7. Ad quid prohibetur fermentari conspectus? In lege autem dicebatur: Non comedetis azyma; & si adderetur nec fermentatum, aliàs qui comederit, exterminabitur de populo, plana erat intelligentia, & nulla difficultas. Sed ad quid apponitur: Non apparebit, non conspicietur fermentatum? Tanta est connexio inter oculorum visus, & mandatorum transgressionem, ut idem ferè reputetur, aspicerem rem illicitam, ac actionem prohibitam circa eam exercere. Et ita ait D. Augustinus lib. 10. Confessionum, cap. 34. Responso seductionibus oculorum, ne implicentur pedes mei.

93. Joan. 2.

D. Thom. August.

S. Phil. Abb.

Applicandum medium tempore, ac occasione commodum.

94.

Genes. 18.

Chrysolog.

lus tuus fuerit simplex. Qui enim sanare affectat, ac vivida medicamina exhibere, non tantum agit de remedio omnium vehementissimo, sed potius de illo, quod decens, & proportionatum est morborum origini, ægrotantium dispositioni, tempori, loco ac occasione.

Cum Judæi accessissent, ut Christum Dominum tenerent, dixit ei noster Salvator: Si ergo me queritis, finite hos abire, ut impleatur sermo, quem dixit: Quos dedisti mihi, non peridi ex eis quengquam, Joan. 18. num. 8. Vult Dominus, ut sui discipuli dimittantur, & non occidantur à Phariseis, ut adimpleatur verbum dictum, quod ex discipulis eis traditus nullum eorum ipse perdidit; quod non solum de corporis, sed etiam de animæ perditione interpretatur S. Thomas, D. Augustinus, & ait: Hoc, quod dicitur, est intelligendum etiam quantum ad perditionem anime, quia Apostoli nondum sic credebant, quomodo credunt, qui non percutiunt. Et ideo, si tunc existisset de hoc mundo, fuissent de illis, qui percutiunt. Profusio propriæ vitæ consecrati, ac annumerari inter Christi asseclas, socios, & Apostolos, sed valde efficaciter conducit ad salutem assequendam. Et ob hanc causam candidati Martyres gloriosa morte pro Domino occisi, insigni laurea triumphant in celo. Et tamen si passionis tempore simul cum Domino cruciatibus occumberent Apostoli, perirent, ac in perditionem abiissent. S. Philippus Abbas epist. 14. Ex his, que ad salvandum Pater ei dederat, quempiam non amisit, quia occidi eos immaturo tempore non permisit. Interfici in odium Christi, efficacissimum medium ad salutem his erat, qui credunt, ut oportet, ut credunt illi qui salvantur. Occidi autem tempore Passionis, Apostolis erat mors immatura, & eorum dispositioni non erat satis proportionatum, cum adhuc non essent multum firmi in fide, nec enim, ut ait S. Thomas, sic credebant, quomodo credunt, qui non percutiunt. Ideo divina providentia reservantur in aliud tempus, nempe post adventum Spiritus sancti, quando ipsi jam tanquam immobiles, ac firmissimæ columnæ in fide, & in divina gratia confirmati, chlamide Apostolica, ac insigni martyrij palma ad præclaras cælestis beatitudinis sedes avolarunt.

aspiciendum in medio ignis, veniebat enim, ut flammâ sui furoris, ac iræ contunderet superbiam, ac contumaciam Pharaonis. At Abrahamo, forma servi indutus, ac multis benignitatis signis accedit; nam agebatur ibi de remedio humanæ miseræ. Et si superbia acrimonia ignis refrænatur; fragilitas tamen humanitate, ac tenera affabilitate reintegratur, fovetur, ac erigitur. Et ita pro opportunitate rei, ac occasione nis diversimoda media erant eligenda. Vide supra cap. 2. n. 45. & 6. 5. n. 25. & 279. & cap. 7. n. 14. & cap. 14. num. 33.



CAP. XVII.

Duobus dominis non servientibus.

Matth. 6. n. 24. Nemo potest duobus dominis servire, aut enim unum odio habebit, & alterum diligit; aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo servire, & mammonæ.

VERSIONES.

Syriacus. Aut unum honorabit, & alterum contemnet: non potestis Deo servire, & mammo uno divitiis. Pagnin. Euthym. Aut uni adhærebit, & alterum contemnet. Theophylact. Aut unum patietur, & de serm. Dom. alterum contemnet. Arias. Aut unum amplexabitur, & alterum despiciet.

ALTER TEXTUS.

Luc. 18. n. 13. Nemo servus potest duobus dominis servire; aut enim unum odiet, & alterum diligit; aut uni adhærebit, & alterum contemnet: non potestis Deo servire, & mammonæ.

EXPOSITIO.

DIXERAT Dominus supra num. 19. Nolite thesaurizare vobis in terra. Quod comprobatur, ac confirmatur triplici ratione. Primò, Ubi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum, Res dissonum. 21. Secundo, Si oculus tuus fuerit simplex, enda non &c. Nunc adhibet tertiam: Nemo potest duobus dominis servire, suam doctrinam Dominus, non ventis potestare.

QUESTIO XVI.

Quare Ecclesia cum hoc Evangelio in prima die quadragesime adiungit memoriam mortis?

92. ECCLESIA in hac prima solenni die Cincum mortis nobis adiungit: Memento homo, quia pulvis es, &c. his volens suos filios ad viam salutis perducere. Sed cur statim in hoc exordio non proponit alia efficaciora media, que dantur in militia Christiana, verbi gratia, actum amoris Dei, actum contritionis, actum fidei? Cur ad hos actus in limine hujus sancti temporis nos non exhortatur, sed ad jejunium, ac ad memoriam mortis? Merito sanè: nam nostrorum malorum origo ex triplici radice pullulavit. Primò ex quadam mortis dissuasionem, quam Diabolus proposuit Evæ. Nequaquam moriemini, Gen. 3. num. 4. Secundò ex quadam Adami gula: Gen. 3. Deditque viro suo, qui comedit, ibidem, Tertio ex quo immoderatione oculorum: Vidit mulier, quòd bonum esset ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile. Volens Ecclesia origini nostrorum malorum efficacius adhibere remedium, dissuasionem mortis apponit certam, & esse pro- & veram illius assertionem. Pulvis es, & in portionem pulverem reverteris. Adami an gulam forti antidoto jejuniij excludit: Cum jejunavis. Immoderationi oculorum apponit visus cautelam. Si oculi

Ratio difficultatis.

Medium, ut efficaciter operetur, debet esse proportionatum ac tempore.